



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

XL Qualis debeat esse tolerantia seruor[um] dei tempore tribulationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

LIBER SECUNDVS.

que sermones eorum metuas, quoniam increduli & subuersores sunt tecum & cum scorpionibus habitas. Hinc 2. Pet. 2. Petrus beati Loth vitam glorificat dicens. Et iustum Loth oppressum a nefandorum iniuria ac luxuriosa conuersatione eripuit. Aspectu enim & auditu iustus erat habitans apud eos, qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant. Hinc Paulus dicit Phil. 2. scipulorum vitam & laudat & roborat, dicens: In medio nationis prauae & peruersae inter quos lucetis sicut luminaria in meridie verbū vitae continentes. Hic Ioannes Pergami ecclesię attestatur dicens. Scio ubi habitas, ubi fides est Satanae, & tenens nomen meum non negasti fidem meam. Ecce fratres charissimi pene omnia percurrēdo cognoscimus, quia bonus non fuit, quem malorum prauitas non probauit. Ut enim ita loquar, ferrum nostrae animae nequaquam producit ad subtilitatem acuminis, si hoc non eraserit alienae limaz prauitatis. Toleremus igitur aduersarios nostros, sed sine cessatione amemus quos toleramus, eisque quemcunq; possimus bona, hilari animo tribuamus. Quia hoc solum deus sacrificium accipit, quod ante eius oculos in altari boni operis, flamma charitatis incendit. Hinc dominus in euangelio ait: Diligite inimicos vestros, bene precemini his qui oderunt vos, & orate pro proximis & calumniantibus vobis, ut sitis filii patris vestri qui in celis est. Mat. 5. 44

¶ Qualis debeat esse tolerantia seruorum dei tempore tribulationis. Cap. XL.

HAY. DE VARIET. LIB.

Oportet te o Christiane inter odia cordium, inter probra liguar, inter ipsas persequentium manus æquali imo lætiori semper corde versari. Et si tibi ablato fuerint facultates tuæ, dic. Nud⁹ lob. 1. exiui de vtero matris meæ, nudus & hinc abscedam. 2. Timo. 6. Adde & illud apostolicū. Nihil intulimus in huc mundum, sed nec auferre quid possumus. Audis te maledici & infamari apud hoīes & cōtumelijs onerari, recordare & ante oculos pone verbū dñi, quibus ait: **V**ę vobis cum benedixerint vobis omnes homines. **L**uc. 6.. **E**odem Et iter. Gaudete & exultate, cum eiecerint nomen vestrum tanq̄ malum, ppter filium hominis. Expulsus es patria & domo, recordare q̄a non habemus hic permanentē, sed futurā inquirim⁹. Quid te ergo patria putas perdidisse qui in tota terra peregrinus es? Sed & si egritudinē incurristi grauissimā, utere apostolico illo sermone quo ait. Nam & si is qui foris est homo noster corrūpitur, tñ is qui intus est renouat de die in diē. In carcere inclusus es & mors crudelis imminet & intentat, adduc añ oculos Ioannē in carcere ceruice cęsum, & tñ ppheter caput saltatrici puellę in mercedē libidinis datū. Hęc ergo singula cum inferunt iniuria, sed eorū q̄ p his retribuitur gloria, nō solū à pctis absoluit qui hoc patiit, sed & iusticias acquirit, tñ est vt fides eū constatiaq̄ non deserat,

De Indulgentia. Cap. XLI.

Mat. 6. **A**it dominus. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester qui in celis sit peccata vestra. Sin autem non dimiseri